Confessio generalis pro brevis et utilis

Confiteor deo omnipotenti, et beate marie et omnibus
sanctis, et vobis patri omnia peccata mea que umquam
feci ab infancia mea usque in hanc horam
mea culpa, cogitacione, locucione, delectacione, consensu
verbo et opere. Peccavi mala consuetudine, in malo de-
sidiis, sciencia, ignorancia, in omissione preceptorum
dei. Peccavi in quinque sensibus corporis, visu, auditu
gustu, tactu et odoratu. Peccavi superbia, vana gloria
per discordias, impaciam, ypocrisim, contencionem
detractionem, per promissionem, ingratitudine, odio, mala
voluntate, inobediencia, negligencia, vana leticia, immundicie
fornicacione, pigricia, sompnolencia, accidia, iocositate
sermone, ocio, dolo et fallacia, mendacio, vaniloquio
multiloquio, silencio, rancore, consideracione
pollucione corporis, avaricia, gula, ebrietate, com-
messacione, in ecclesia, in fabulis ociosis, osculis
amplexibus, in temporibus cancionibus, deum non dilexi
ex toto corde et sicut debui. Peccavi odiendo bona
et diligendo mala, confeci turpia peccata. Peccavi in
negligencia confitendi, consensi malis, restiti bonis
consensi in consiliis vanitatis et cum iniquis agentibus
ambulavi, et cum ludentibus delectatus fui. Peccavi
invidia, malivolencia, furto, ira, maledictione
inimicos non diligendo, quod deo promisi non
solvi. Peccavi defensione, excusacione, impotencia
corrupcia, fragilitate, luxuria, iactancia, arro-
gancia, pertinacia, susurracione, simulacione

psumptioe blasphemia cotumelia inuidia pusillanimitate
curiositate tepiditate adulatione offendendo per
iuriis iracundia incontinencia incostancia et aliis
quos non tam ad peccandum et aliis causa peccandi extiti
contra fidem christi non seruaui infidelis egi multos
decepi pro bonis mala retribui qui me deuote
oro. Tacido corde horas meas dico peccaui
in bilinguitate Accipiendo corpus et sanguinem domini
mei ihesu christi indigne / deum laudare non diligere
cum auiditate comedo / cum tepiditate laboro
cupidus ad aliena et aliis reddi exiguus me non satis
reprehendo / aliena videntur mihi maiora aliorum
maiora minima quod spiritualia sepe noleui quod carnalia
et prospera nimis intentus dissolutus vagus
inconstans mobilis in bonis durus et firmus
in malis / et modo modo placet modo displicet modo
modo laudo modo vitupero / modo diligo bonum aliquid
sicut meum / peccaui in ore et diuinum officium negligenter faciendo
peccaui in his et in multis aliis malis in quibus humana
fragilitas quoquo modo deuicit carnalem peruersa cogitando loquendo
concupiscendo peccare potest et me in omnibus peccasse et reum esse
cognosco et confiteor. Unde deprecor dominum ihesum christum omnipotentem
et beatissimam virginem dei genitricem mariam / et omnes sanctos
et te pater orare pro me peccatore ad dominum ut digneris
mihi remittere peccata mea scita et nescita. Amen.
Misereatur mei omnipotens deus per intercessionem beate marie